



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 39. Suadet maturam rerum suarum in sanitate dispositionem, & agonizantis hominis angustias, & extremam ejus cum morte luctam describit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

§. 39.

*Suadet maturam rerum suarum, in sanitate
dispositionem, & agonizantis hominis an-
gustias, & extremam ejus cura
morte luctam describit.*

*Hæc dicit Dominus, dispone domui tuæ,
quia morieris tu, & non vives. Isaiæ 38.*

v. 1.

Tunc Domui dispone tuæ, æternæque
saluti

*Prospice, dum mentis compos, dum corpore
fanus,*

*Ac tempus patitur, tantis incumbere curis,
Quas differre diu, stolidum est, plenumque
periclis,*

*Quæ nosces, tristis veniet cum tempus ago-
nis:*

Difficile est homini, tunc invigilare saluti,

*a Cum dolor affligit, morbusque augetur in
horas,*

*Faucibus ocludens halitum, & præcordia
stringens,*

*b Lingua, manusque, pedes, & cætera mem-
bra rigescunt,*

*Lucem oculi fugiunt, auditus deficit ægro,
Cor salit, & languet, facies pallore repletur,*

E 5

In

a 2. Machab. 5. b Petrus Damianus.

Ingeniumque perit, sitis ardet, lingua palato
 Hæret, nec poterit, quæ vult sermone pro-
 fari,

Fastiditque cibos, requies somnusque recedit
 a Sperat, desperat, distenditur undique curis,
 b Nunc latus in dextrum, se voluit, nuncque
 sinistrum;

Nec relevamen habet, motum superante do-
 lore,

Pluraque tunc adsunt, diræ præhuntia mor-
 tis,

Agmine cum facto, invadunt peccata nocen-
 tem,

e De quibus, in vita, nunquam fortasse re-
 flexit,

Ut totam veniæ spem, desperatio tollat,
 Hinc lucta interna, hinc sequitur turbatio
 mentis,

Ancipitique metu, totus percellitur æger,
 d Nescius inferni, vel Cæli sede locandus,
 Dum ventura brevi, dubiæ conclusio finis:
 Gaudia sanctorum, inferni aut tormenta de-
 turus:

Assistunt ægro flentes, augentque dolorem,
 Nil prodesse queunt, vitæ solatia defunt,
 Tunc Draco Tartareus, gaudens, modo tem-
 pus adesse.

*S. Gregorius Nyssenus in Homiliis ad Mona-
 chos. b Psal. 40. c 2. Macha. 9. d Eccles. 9.*

Speratum dudum, toties cur reria jecit,
a Advolat, immani ut prædam, deglutiat ore:
b Adstât & Angelicus Custos, defendat ut æ-
grum,

Auxiliumque ferat, rabido ne cedat in escam,
Accipiatque brevi, transactæ præmia pugnae,
Ut postrema feret sententia, Iudicis æqui,
Sic de te pugnatur homo, & tamen immem-
or horum es?

c Corpus mandatur terræ, fit vermibus esca,
Deque salute Animæ, vix cura aut sollicitudo
d Sed magis, ut rapiat, defuncti morte relicta,
Quæis veluti spoliis hostis quæ cepit ab ho-
ste

Ditati læti celebrant Jovialia festa:
Hæc homo, vera sciens, securè an vivere
pergis?

Despiciens ea, quæ certo ventura sciuntur?
e Evigila, nam tempus adest, expelle fopo-
rem,

Si modo non facias: nil post vigilare juva-
bit:

f Quid tunc divitias, mundique habuisse fa-
vores,

Agmina servorū, palatia splendida honores,
Proderit? auxilium nequeant cum ferre salutē

E 6

Afli-

a Apoc. 12. b Luca 16. c Gen. 3. Iob. 17. & 25. d
Eccl. 6. e Roma 3 f Proverb. 11. Psal. 48. & 78

Afflictura magis, positum in certamine finis,
Quid, rogo, facturus, tanto qui gurgite mer-
sus?

a Interno, externoque carens solamine, sol?
Undique respiciens, nullum succurrere cer-
nens?

b Tanta futurorum profert oblivio damna,
Quæ spes longævæ vitæ, causatur inanis,
Ultima peccatis, claudat si, limina vitæ:
Hinc cape consilium, in mortis, quod pro-
derit horâ,

Fac bona, cum poteris, mala vita, respice fi-
nem,

c Esto inopi largus, nec nummos arca refer-
vet,

Hos hilari, largaque manu, disperge petenti,
Sic non discedes solus, comitatus Amicis,
Qui vigiles aderunt, & opem conferre parati,
Ne Leo diripiat rugiens, orcoque remittat:
Hæc, si sæpe tuam, subeat meditatio men-
tem,

Prospiciens citius rebus, fatalia mortis
Expectans minimè, quæ tunc magis altate-
quirunt

Cum tua causa agitur, mortis; vitæve peren-
nis.

H A quâ finali, nunquam appellare licebit.

a Eccl. 51. *b* Matth. 25. *c* Tob. 14. *d* Eccl. 12.